



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

82. Ut Episcopus & Presbyter non longè ab Ecclesia hospitem habeat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

conloquio divino rediens. Et cui in tabernas ad bibendum à sacris canonibus ingredi prohibetur, sanctificata sacri ministerij nec ad contingendum immundis quanto minùs in vadium exhibere debet, sicut Stephanus Papa & Martyr secundùm Hilarium in suis decretalibus docuit.

ABHINC DE VITA SACERDOTUM.

Ut Episcopus & Presbyter non longè ab Ecclesia hospitium habeat. *Ex Concilio Carthagenensi.*

LXXXII. Ut Episcopus non longè ab Ecclesia hospitium habeat. Concil. Carthag. 4. c. 14.

Ut Presbyteri nullatenus ubique hospitari sinantur. *Ex Concilio Meldensi cap. xxxvi.*

LXXXIII. Ut Presbyteri nullatenus ubicunque hospitari sinantur, aut aliquo modo ipsi præsumant; sed assiduè apud suas Ecclesias esse studeant propter sacra mysteria vel ministeria fidelibus exhibenda, nec etiam alibi habitare permittantur. Neque mulieres quamcunque * habitationem habeant in locis in quibus Presbyteri aliquem recursum habuerint. Quod si observare parvipenderit, ita ut transgressores, & qui contra interdicta fecerint, judicentur.

* *Sirmond. & cod. MS. frequentationem*